



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 29. Parisiensis Curia edictum de majori Regis ætate acceptare recusans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

§. XXIX.

*Parisiensis Curia edictum de majori  
Regis ætate acceptare recusans.*

*Mezerai ab-  
rege cbron.  
tom. 5  
pag. 125.*

Sub idem tempus ad Parisiensem Se-  
natum edictum, quod idoneam Re-  
gis ætatem concernebat, per Ludovi-  
cum Sangelasium Lansacum mitteba-  
tur, ut in eadem Curia confirmaretur:  
verum hi Senatores ob injuriam nuper  
acceptam tantopere exacerbati vide-  
bantur, ut quicquid ab eis peteretur,  
exequi recusarent, ac suæ repulsæ cau-  
fas per Christophorum Thuanum pri-  
mum Præsidem, Nicolaum Prevotum  
Inquisitionis Præfectum, & Guilielmum  
Violam Consiliarium Regi exponi ju-  
berent: porro eorum rationes erant  
hæ: „contra morem factum est, ut e-  
„dictum in quacunque alia Regni Curia  
„promulgetur, nisi prius in Parisiensi,  
„quæ Parium Curia censetur, & Regni  
„Ordinum auctoritatem retinet, vim  
„obtinuerit.“ Ad hæc Rex modeste  
respondens subjunxit, eorum partes  
esse, ut morem gererent, ipsiusque justa  
exequerentur.

§. XXX.

*Regis responsum ad Parisiensis Sena-  
tus Deputatos.*

His